



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

De Magistris Pauperum & Hospitalium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

## De Magistris Pauperum & Hospitalium.

- I. **M**agistri pauperum, & Rectores Hospitalium, non assumantur nisi Catholici.
- II. Non distribuant eleemosynas aliis personis, quam iis, quibus ex fundatione debentur.
- III. Agnoscant Archidiaconos & Pastores, tanquam generales provisores pauperum & perpetuos, quibus pauperum cura incumbit.
- IV. Vtrique juramentum fidelitatis præstent; & benevolos se erga pauperes demonstrant.
- V. Advigilent diligenter, ne infirmi sine Sacramentis Ecclesiæ à vita discedant, aut necessariâ curâ salutis destituantur.
- VI. Sic, ubi profanata sunt Hospitalia, restituantur; & divina Officia ibidem, juxta fundationes, peragantur.

## De Obstetricibus deligendis, & earundem instructione ac juramento.

- I. **P**ermagni, ut Reipublicæ, ita Ecclesiæ interest, ut obstetricandi munus non quævis promiscue mulieres, verum certæ delectæque, obeant. ut enim, ex imperita incautaque ejus administratione, infantes multi certam vitæ hujus momentaneæ patiuntur jacturam; ita metuendum, ne non pauci, impia quarundam obstetricum fraude, etiam salute sempiterna malevole priventur.
  - II. Quocirca operam dabit Parochus, etiam, si opus sit, adhibitâ Magistratus civilis vel Ædiliûm Parochiæ autoritate, ut, quoties Obstetrix designanda, honestiores ac probiores suæ Ecclesiæ femine convocentur. Has sedulo admoncat, ut, deposito omni odio, amore, vel favore,
- quam